

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5181

Auteur(s) : Lucius III [pape]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1184, 31 octobre

Lieu d'émission : Vérone

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Lucius [III] prend l'abbaye de Savigny sous sa protection et confirme les biens et les droits de ladite abbaye.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 242, p. 336-341.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 15107, t. 2, p. 469.

Texte établi d'après a

Lucius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Simoni abbati de Sauigneio eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam etc. Eapropter, dilecti in domino filii, uestris iustis postulationibus clementer annuimus et ecclesiam de Sauigneio in honore sancte Trinitatis fundatam, in qua diuino estis obsequio mancipati, ad exemplar sancte recordationis patrum et predecessorum nostrorum Eugenii et Alexandri Romanorum pontificum sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuimus, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam et institutionem Cisterciensium fratrum tam in prefato monasterio de Sauigneio quam in aliis monasteriis, que sub ipsius potestate et disciplina consistunt, institutus esse dinoscitur, perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: abbatiam de Belbec, abbatiam de Sarnaio, abbatiam de Furnesio, abbatiam de Calocheio, abbatiam de Fulcardimonte, abbatiam de sancto Andrea, abbatiam de Neth, abbatiam de Carraria, abbatiam de Combramara, abbatiam de Alneto, abbatiam de Lonuilers, abbatiam de Strafort, abbatiam de Bucfestre, abbatiam de Cogesale, abbatiam de Bilduas, abbatiam de Basinwerc, abbatiam de Buxeria, abbatiam de Beelande, abbatiam de Fontanis, abbatiam de Veteriuilla, abbatiam de Caldra, abbatiam de Man, abbatiam de Hoilanda, abbatiam de Duuel, abbatiam de Bofestre, abbatiam de Brolio, abbatiam de Trapa, abbatiam de Tironel, abbatiam de Stanlea, abbatiam de Pultuna, abbatiam de Valle sancte Marie, abbatiam de Barbereio, abbatiam de Bona Requite, abbatiam sanctimonialium de Moretonio, abbatiam sanctimonialium de Villeriis, ex dono Turgisi Abrincensis episcopi et concessione Guillelmi Moretonii comitis ecclesiam sancti Hilarii de Nouoburgo, item ex dono Turgisi Abrincensis episcopi et concessione

Roberti de Apenticio ecclesiam de Apenticio cum tota decima, ex dono eiusdem episcopi et concessione Rannulfi et Guillelmi de Vireio ecclesiam de Vireio et decimas, exceptis duabus garbis de mansura Lame, ecclesiam sancti Martini de Bresceio et decimas totius parrochie, ecclesiam de Molines et decimas, ecclesiam de Memtoloue et decimas, ecclesiam de Mandreio et decimas totius parrochie, excepta tertia garba, quam habent sanctimonialia sancti Georgii Redonensis, et exceptis duabus garbis de mansura Argeii, quas habent monachi de Monte, ex dono Achardi Abrincensis episcopi et concessione heredum Sauigniencensium ecclesiam de Sauigneio et decimas, ex dono Ricardi Abrincensis episcopi ecclesiam de Logis, ex dono eiusdem episcopi et heredum de Villacanis concessione ecclesiam de Villacanis et decimas, item ex dono eiusdem episcopi Abrincensis et concessione Guillelmi de Duxeio et Matildis uxoris Guillelmi de Heucois et Fulcherii filii eius ecclesiam et decimam sancti Martini de Gasto et ecclesiam et decimas de Campo Ceruorum, ex dono Ricardi Abrincensis episcopi et concessione Henrici Filgeriensis terram, que est iuxta capellam sancti Iohannis de Fligetetis, ex dono Alguari Constanciensis episcopi et concessione Rannulfi et Guillelmi de Vireio ecclesiam de Monte Martini et decimas totius parrochie et ecclesiam de Heldoï Mesnil et tertiã partem decime et ecclesiam de Cheteuilla et decimas cum capella de Sacio et ecclesiam de Gouuilla et decimas, exceptis XX quartariis ordeï, quos habet ibi Exaquense cenobium, ex dono Ricardi Baiocensis episcopi et concessione Guillelmi et Hamonis de sancto Claro ecclesiam de Villers et decimas, ex dono eiusdem Baiocensis episcopi et concessione Guillelmi Patric ecclesiam de Landisac ex integro et decimas totius parrochie, ex dono Henrici Baiocensis episcopi et concessione Rualdi filii Roberti Rualdi et Ermoni patris et Herberti Rualdi ecclesiam sancti Petri de Intramontes et decimas, ex dono Hamelini Redonensis episcopi ecclesiam et decimas de Oratorio, ex dono Stephani Redonensis episcopi et concessione abbatis et conuentus sancti Melanii ecclesiam sancti Melanii super Iuslaniam et decimas, ecclesiam de Ferrato et decimas, ex dono C. Lincoliensis episcopi et concessione R. de Filgeriis ecclesiam de Benigtona ex integro et decimas totius parrochie, ex dono Gaufridi de Meduana uiginti denarios, quos nomine census percipitis, ex dono Moitol terram de Porcell(is), de dono Michaelis Gahardi pratum de Gahard(o), ex dono Guillelmi et hominum suorum de Gorra(m) terram de Liuaieio, ex dono episcopi de Cenomannis decimam frumenti Gilonis de Gorra(m) in Haia Menardi et de Mortuo Fonte, ex dono eiusdem duas partes decime de terra, quam Osmundus Piscis habet in Suuineio, et unam masuram de terra, totam decimam, quam percipere consueuerant in uilla de sancto Hilario et de Valle Torta Hugo et Engerram, ex dono eorundem pratum de Storne, ex dono Hugonis de Basilea quartam partem totius feodi de Pichun, sicut uobis iuste largitus est, et duas partes decimarum, quas idem percipiebat de Calumpniis, ex dono abbatis et conuentus de Lomleio decimam omnium terrarum, quas uos possidetis in parrochia de Folgerell(is), ex dono R. Gillaudi concedente Hamelino de Esclusa et Richardo de Poe totam suam terram de Curba Fossa, ex dono Iohannis Medici et Onfredi et Pagani de Garda et Gaufridi de Garda et Hernulfi de Monte Anger uineas et terras de Monte Acuto, ex dono Guillelmi filii Letiz uineam et torcular et pratum de Breis, ex dono Hugonis de Monte Gnulfi totam terram suam de Uado de Briues, ex dono Hugonis Britel sedecim denarios in molendino de Ualle, ex dono Ga. de sancto Bertuino et hominum suorum usum uinearum apud Lual et pratum de Septem Fontibus, ex dono Radulfi prepositi campum de Cruce, ex dono Gaurnerii de Boenia unum arpentum terre, ex dono Iohannis Celopi et Gaidonis fratris sui et Andree de Ture tria arpenta, ex dono Gaudini Hacer tria arpenta terre, ex dono Iuhelli et Gaufridi de Meduana libertatem per totam terram suam et quietantiam, ex dono G. de Castro Gunter(i) integram libertatem ab omni podagio, ex dono Guillelmi de Silleio duo torcularia et ligna in forestis suis ad ea reparanda, ex dono Fulcaudi domum, cellarium, plateam, pratum et duos arpentos uinee et unam oscham, ex dono Garini de Freene unum arpennum uinee, ex dono Hamelini Eunuchi domum unam et partem uinee et campum terre, ex dono Durandi de Coruilla dimidium arpennum uinee, duas partes decime totius terre de Corrochous et duas partes decime de quinque arpennis uinee Amocofi et Mouiet filii eius, ex dono Iohannis Romaca uineam unam, ex dono Gar(nerii) de Orca unum arpennum uinee, ex dono Garini Probi pratum, quod est inter pratum domini de Sille et pratum Alberti Fullonis, ex dono Andree Uitreii uineam quandam, ex dono Durandi de Groleio totam terram, que est inter uiam de Campo Botri et uetus stagnum de Verdun et inter Groleium et uiam de Fonte Aubaudi et uiam de Abrincis, ex dono Galterii Alori et Guillelmi Goion VII acras terre iuxta Abrincas, ex dono Radulfi de Filgeriis totum dominicum situm de Mareris Mandreii et de Verdun, excepto molendino, ex dono Henrici de Filgeriis in Romagneio totam terram, que fuit Alelui Calui, cum terra sancti Iohannis, que iuxta eam sita est, ex dono Iuhelli de Sauigneio totum riuagium aque Chambe contra Habitum Alberti, ex dono Ricardi de Serlant octo acras terre et quoddam pratum iuxta Uadum Ollandi in Alereio, ex dono Asculfi de Soligneio terram de Uacua Ualle, ex dono Malesfant in Martign(eio) octo acras terre, ex dono Garini Tirel triginta acras terre in Pasbren, ex dono Oliueri filii aliam quandam masuram apud Pasb(ren) et dimidium molendinum eiusdem uille, ex dono Radulfi Males dimidium torcular et dimidiam uineam, ex dono Uitalis Uacce uineam quandam cum modica terra ei adiacente, ex dono Petri

de sancto Ilario uinum ad missas, singulos scilicet sextarios singulis septimanis reddendos in uilla sancti Hilarii et tres quartarios frumenti apud sanctum Quintinum, ex dono Petri Chaucon domum unam apud Abrincas, ex dono Alueredi Piscis domum unam in Moretonio, ex dono Gaufridi de Ferreriis et hominum suorum terram de Bridoet, ex dono Roberti de Huceio et Guillelmi filii eius terram de Sparchons, ex dono Oliueri filii Alani uiginti acras terre in Surdaualle, ex dono Roberti filii Roberti de Bresceio concedentibus fratribus suis Roberto et Guillelmo totam terram de Bresce, excepta masura filiorum Galterii, ex dono Roberti septem acras terre et dimidiam iuxta forestam Sauigneii, ex dono Marie filie Ruellonis Bastart et Ricardi patrum eius totum feodum Guillelmi Bastart, ex dono Ricardi Iuhelli totum feodum suum de Sauigneio et donum, quod fecit Alanus frater eiusdem Ricardi, ex dono Durandi de Croleio closum ante portam grangie de Campo Botri, ex dono Roberti Garrel masuram de Pinzceas, ex dono Guillelmi de Dureio medietatem de Labroisa et unam plateam in uico de Dureio, ex dono Gaufridi de Clitonia molendinum de Brece cum masura iuxta sita et aliis pertinentiis suis, ex dono Roberti de Caligneio et Guillelmi filii eius terram de Fontibus, in molendino de Calign(eio) decimam totius annone, ex dono Rogeri de Rodolio concedente Guillelmo de Roma molendinum de Ver cum pertinentiis suis, ex dono Roberti filii Hernesii terram de Base(m)uilla, ex dono Iordani Taisson terram de Venuis, ex dono Guillelmi de Magneuilla dimidiam acram terre in masura apud sanctum Georgium, ex dono Rualdi filii Roberti et concessione Herberti patrum sui in Caligneio dominicum totum de Brolio et totam terram de Landisac et medietariam de Broille et in Condeio masuram unam et in Boceleio pratum de Gaane et dominium Marie et dominicum Besisent, ex dono Roberti filii Zacharie de Burce quandam partem terre sue in monte de Escure, ex dono H. regis Anglie totum dominicum Roberti de Fonteneio apud Taun, ex dono Hamonis Boceiller dimidiam acram terre iuxta Barum, decimam, quam habetis in terra de Tam detentam quondam a Ranulfo Uernei et Radulfo nepote suo, ex dono Iuhelli de Meduana et Isabel matris sue decem libras Andegauenses in redditibus de Ponte Audemari, ex dono Andree de Vitreio triginta solidos Cenomannenses in suo molendino de Full(eriis) et terram de Mesgalere et terram de Taun(eriis), ex dono Roberti terram de Landeui et totam decimam, quam Robertus percipiebat in Ceio, excepta decima uini, ex dono Godardi de Sesson et Peisson fratris sui et Guillelmi filii Pagani et Gaufridi Torcheburre terram de Vernee cum pertinentiis suis, ex dono Guillelmi de sancto Leonardo unam domum in mercato de Filg(eriis), ex dono Hugonis de Roecherio octo iugera terre, ex dono Iohannis de Meisnilio Augis medietariam de Fontenella et campum Grosini, ex dono Philippi de Landeui Perdrieriam cum pertinentiis suis concedente Ricardo de Poeio, ex dono Guillelmi de Landeui XII acras terre in Bosco Geslini, ex dono Gilonis de Gorram terram de Melleia, ex dono Iuhelli Porci unam plateam in Erneia et quatuordecim oscar terre, ex dono Alani Redonensis episcopi et hominum suorum grangiam de Vals cum omnibus appenditiis suis, ex dono Conani ducis Britannie grangiam de Campo Florido cum omnibus pertinentiis suis, ex dono Attonis de Fago concedentibus Conano duce Britannie et Roberto de Vitreio locum Loni(n)gn(eium) cum omnibus pertinentiis suis, ex dono Roberti de Vitreio grangiam de Faiel cum omnibus pertinentiis suis, ex dono Henrici et Radulfi Filgeriarum dominorum et hominum suorum et aliorum fidelium grangiam de Campo Botri et agros et uineas ad ipsos pertinentes, ex dono Henrici regis Anglie closum uinearum in Campo Botri et locum de sancto Alueo et locum de Domno Petro et locum de Fraisnosa cum omnibus ad predicta loca pertinentibus, ex dono Galterii et Iuhelli dominorum Meduane grangiam de Merre cum omnibus pertinentiis suis. Sane laborum etc. Liceat quoque uobis clericos etc. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum etc. Paci quoque etc. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolice auctoritate et Cisterciensis ordinis debita reuerentia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. AMEN. AMEN. AMEN.

Ego Lucius catholice ecclesie episcopus ss.

† Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine sedis episcopus ss.

† Ego Henricus Albanensis episcopus ss.

† Ego Theobaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss.

† Ego Iohannes presb. card. tit. sancti Marci ss.

† Ego Laborans presb. card. sancte Marie trans Tiberim tit. Calixti ss.

† Ego Guillelmus Remorum archiepiscopus tit. sancte Sabine card. ss.

† Ego Hubertus presb. card. tit. sancti Laurentii in Damaso ss.

† Ego Pandulfus presb. card. tit. basilice XII apostolorum ss.

† Ego Arditiu diac. card. sancti Theodori ss.

† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diac. card. ss.

† Ego Soffredus sancte Marie in uia lata diac. card. ss.

† Ego Albinus sancte Marie noue diac. card. ss.

Dat. Verone per manum Hugonis sancte Romane ecclesie notarii II kal. nouemb., indictione III, incarnationis dominice anno M^o.C^o.LXXX.III^o, pontificatus uero domni LVCII pape III anno quarto.